



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

4. Februarii. Malè ponitur in precum assiduitate studium, quod in domandis affectibus collocandum erat. S. Ignat. vitæ l. 3. §. 12.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

Plures deliciis, quàm adversis, abundantantiâ, quàm fame, blandienti fortunâ, quàm adversâ perierunt. Ærumnis alitur felicitas. Nemo censendus est miser, qui miseriâ suâ contentus vivit.

Quid si prospero, quem constanter experiris, rerum successu hinc merita tua solvat cœlum, ne sit, quod accipias in futuro? Hæc sanè, si ulla, infelicitas est maxima, æternæ felicitatis spe privari.

Si duplex cœlum sperare præsumptuosum est; quis hinc appetat rosis coronari, si spinas in æternitate timere debeat? Hinc ure, hinc seca. Qui nihil patitur, patietur.

4. Februarii.

Malè ponitur in precum assiduitate studium, quod in domandis affectibus collocandum erat. S. Ignat. vitæ l. 3. §. 12.

Affectibus vis & vigor tollendus est, ne nocere possint. Ut non satis est rondere senticeta, nisi eradicentur; inobservata germinabunt: ita vitia, nisi validi virtutis manu stirpitis evellantur, semper creabunt periculum.

Nec partem secare cupiditatis est satis omninò extinguenda. Ut fera vulnerat